

QUÆSTIO VII.

De celestium corporum actionibus in sublunaria.

184. Quod celestia corpora agant, & influant in hæc inferiora, clarum est apud omnes, ita Scot. 2. dist. 14. quæst. 3. & hoc non tantum ut causæ universales concurrerentur, causis sublunariis, & quibus multi effectus non producerentur, nisi virtus celestis accederet, & fortiora, ut patet in æstivo tempore, per recessum vero imbecillia, ut in hyeme hinc 2. Physic. 26. dicitur tolem, & hominem generare hominem; verum etiam agunt ut causæ speciales, & totales, contra Genium de celo 2. p. c. 1. 5. quæ plurimum enim effectus non nisi à celestibus corporibus queunt provenire, ut illuminatio, vaporum attractio, pluvias, &c. ut fufus patet in progressu quætionis, de illis igitur actionibus erit ultimo loco disputandum.

ARTICULUS I.

Quæ celestia corpora agant in hæc inferiora.

Communis opinio astris omnibus tribuit actionem in hæc sublunaria, dubium est, an etiam cæli efficiant aliquid, & non deservant, qui partem affirmativam sustulerint, imò alii dixerunt cælum empyreum etiam in his inferioribus influere, ita D. Thom. 1. p. quæst. 66. art. 3. Mayr Dur. Ricar. Argent. 2. dist. 14. Clavius in sphæra. cap. 1. Suarez lib. 1. de oper. sex. die cap. 5. Comib. a. cæli cap. 3. quæst. 2. Morif. dist. 4. dub. 5. Amic. tract. 6. qu. 3.

185. Dicendum est, omnia sidera tam fixa, quam errantia in hæc inferiora influere influxu diverso pro diversitate effectuum ab ipsis dependent, inter cælus mobiles solum primam mobile influere, non quidem secundam totum, sed secundam partes illas etherogeneas circuli Zodiaci formantes, ac empyreum propter propriam lucis productionem, & convexæ superficiæ primi mobilis illuminationem nullam aliam actionem habere in hæc inferiora, ita colligi potest ex Scot. 2. dist. 14. qu. 3. ubi loquens de influentiis cælorum de stellis facti mentionem, & Prob. primo de astris, de Planetis quidem est manifestum, experiri enim multos, & varios effectus ab ipsis generari, ut innumus qu. 2. art. 2. item de fixis; Canis enim caulat calorem, Arcturus frigus producit, Orion pluviam affert, & arctus polus in magnetem influat. Deinde cæli primo mobili inferiores nullam habent actionem, quia cum sint homogenei, si aliquam influentiam haberent, iam per omnes mundi partes æqualiter influerent, eodemque effectus causerent, quod patet esse falsum; solum potest illis attribui effectus à motibus cælorum pro venientes, de quibus art. 3. At primum mobile, quia continet alium zodiacum ab illo, qui in cælo stellato existit, ut diximus qu. 1. art. 2. secundum illas partes etherogeneas influat in sublunaria, eo quia Sol diversos effectus caulat, quando est sub signo Tauri, ac quando est sub signo Leonis, & sic de aliis, ut observant Astronomi, quibus est adhibenda fides, quod nequit intelligi de zodiaco cæli stellato, ut ibi notavimus, ergo de zodiaco primi mobilis, qui necellarò erit ex partibus diversæ rationis constitutus propter diversitatem effectuum, quos caulat, quod etiam est dicendum de aliis cælis, si etherogenei ponerentur.

186. Tandem de Empyreo probandum quod deus hoc cælum solum, est communis consensus Patrum, & Scolasticorum ex Sacra Scriptura deductus, non ex aliqua naturali ratione, etique immobile omni substantiali compositione ex materia, & forma carens, nam illud chaos, per quod materiam primam multi Patres intelligunt, ponitur in Script. attigisse usque ad cælum exclusivè, per cælum autem intelligitur Empyreum, ut notat Doctor d. cit. qu. 1. insuper ponitur ex tribus partibus constare duabus extremis solidis, unaque media liquida ad modum auræ cujusdam cælestis, ut advertit Lessius de sum. bono. lib. 3. cap. 8. infra pars est solida, cui Beata infusunt, quæ etiam analogice terra viventium dicitur, & supra infusunt solida coarctans mediam fluidam, & hoc quia in cælo debet esse ignis, & cantus, ut neque mens, neque lingua in Sanctis vacent à divina laude, ad quem necessarius est alicuius corporis refractio, quod enim aliqui dicunt cum Suar. cit. cap. 8. Beatos habituros pulmonem, stomachum, & hipocondria aere plena, quem hinc secum deferent, & quem, cum volent loqui, & canere, sursum attrahant, atque palato allidant, ita tamen ut nihil foras emittant, sed per corporis poros, & demotionem penetrationem assiduo quadam circulo ad priores cavitates redire faciant, parum credibile, & decens videtur, melius erit ponere ipsum cælum fluidum (de quo fortis explicari possent loca illa Scripturæ, potentia aqua super omnes cælos) totumque immensa luce resplendentem, quæ vel illuminat connexam primi mobilis superficiem, vel & probabilius illuminat, quia concavam habet opacam, non lucidam, & hæc ratione non videtur à nobis; In illo igitur felicitatis contubernio recreabuntur aures sono, & vocali musica, oculi splendore, & intuitu Beatorum, & præcipue Christi Domini, ac Beatissimæ Matris; nares suam habebunt voluptatem in suavitate odoris, quem corpora Beatorum, & fortis ipse locus diffundet; Horebunt enim Sancti sicut lilium, & sicut odor balsami ante Dominum, ut tandem nihil

Quæstio Secunda.

se in Sanctis; quod iucunditate, & læticia non abundet. Et quibus omnibus apparer finis, propter quem empyreum fuit conditum à Deo, scilicet ut esset sedes, & domicilium Beatorum, & si homines non ordinasset ad vitam æternam, illud non produxisset, nihil enim commune videtur habere cum his inferioribus, & totaliter ad aliam vitam, & statum attinet. Tum quia usque modo computum non est aliquid peculiarem influentiam habere, & nec aliqua ratio oppositum demonstrat, ut patet solvendo illas.

187. In opposit. arg. quod astris non agant ex Damalc. 2. de fid. cap. 6. ubi negat celestia corpora esse causæ generationis, & corruptionis rerum, sed has ad sublunaria pertinet. Tum 2. quia agens, & passum debent communicare in eadem materia 1. de Gener. 87. debent esse simul 7. Physic. 8. omne agens assimilatur sibi passum 1. de Gener. 57. in agendo reparatur ibidem 43. quæ omnia nequeunt cælis convenire respectu sublunarium. Tum 3. sequeretur nullum effectum contingenter evenire, nam propter maximam ipsorum activitatem omnes causæ sublunares à parentur ab ipsis, & omnes necessarò causerent. Tum 4. quod primum mobile non agat, ostendit Aversa, quia & si daretur, non ob id partes illas etherogeneas cogitur admittere, nam diversitas effectuum signis zodiaci tribuenda salvari posset, vel penes diversum accessum, & recessum Solis, vel per diversum aspectum plurimum Planetarum inter se ex motu, quem habent in zodiaco, vel per diversum situm Solis ad stellas fixas.

188. Resp. ad 1. Dam. negare celestem esse primam causam, & à Deo independentem, ut admittent illi, contra quos disputabat. Ad 2. propositionem illam ex 1. de Gener. 57. valere de agente univoco, non æquivoco, sicut est Deus, & cælum, ut notat Scot. 4. dist. 2. quæst. 3. DD. quævis est etiam de univoco fit universaliter vera secundum veritatem, nisi intelligatur de communicatione aptitudinali, non actuali, ut patet in accidentibus Eucharistie, simulat agentis, & passivi non necessariò debet esse localis, sed sufficit virtualis, ut scilicet sint simul per contactum virtutis, vel quod agens aliqua actione agat in medium, five eadem, five diversa ab illa, quæ agit in extremum, parum refert, de quo fusc diximus disputat. 7. Physic. quæst. 4. artic. 3. rursus agens univoco assimilatur sibi passum formaliter, ad æquivocum solum virtualiter, quatenus produci in passum formam illam, quam virtualiter effective in se continet, & hoc modo astris sibi assimilatur, tandem respositio in agente tunc evenit, quando agit per activas & contrarias qualitates, ut sunt calor, frigus, &c. de quo agenti tibi loquebatur Aristot. non de quocunque universaliter. Ad 3. ait Doctor in 2. citat. quod circumscripto omni libero arbitrio humano, angelico, & divino, omnes causæ necessarò, & naturaliter causerent, atamen quia cæli nullam habent influentiam in liberum arbitrium, ut dicemus art. seq. ideo neg. assumptum. Ad 4. non solum Planetæ caulant varios effectus propter variationem accessus, aspectus, & situs ad stellas fixas, sed per variam conjunctionem cum signis Zodiaci, unde quilibet Planeta ponitur ab Astro-nomis habere duo signa Zodiaci, uno proprio, præter Solem, & Lunam, qui unum tantum domum habent. Leo enim est domus Solis, Cancer domus Lune; Virgo, & Gemini sunt domus Mercurii; Veneris Libra, & Taurus; Martis Scorpius, & Aries; Jovis Sagittarius, & Pisces; & tandem Saturni Capricornus, & Aquarius, in quibus Planeta magna habent virtutem, & signum primo loco positum dicitur domus principalis, quia tunc maximam habent virtutem, aliud dicitur domus minus principalis, & contra signum ex diametro oppositum domui alicuius Planetæ dicitur depositum dicitur casus, & ex varia configuratione signorum inter se, vari quoque causerent aspectus, vel beneficii, qualis est sexangularis, & triangularis, vel malefici, ut oppositus, & quadrangularis, ut fusc docent Astronomi: Philosphi enim munus est supponere Astronomiam dida, & causas deinde investigare; cum ergo hæc omnia de zodiaco stellati cæli non verificentur, sed primi mobilis, necesse est primum mobile ex partibus etherogeneis constare.

189. Secundò arg. quod cælum empyreum influat in hæc inferiora. Tum quia est omnium cælorum perfectissimum, ergo perfectior debet habere actionem, aliter effectus sublunariæ quædam causa, tum 2. empyreum est pars universi, partes autem inter se uniuertur, eo quia superior agit in inferiorum, ut inferior regunt, & conserventur à superioribus. Tum 3. quia multi effectus sunt semper, & uniformiter in diversis partibus terræ, etiam eiusdem paralleli, qui non nisi ad aliquam causam immobilem debent referri, qualis est empyreum, Antec. prob. nam homines unius regionis semper habent eadem inclinationes, in Hungaria, & Tartaria equi generantur pernicissimi ad cursum, in Mauritania innumera simiz gignuntur, idem de arboribus, & metallis experitur, quæ uniformis diversitas non debet totaliter terræ ascribi variis dispositio- nibus diversis, à quod dispositiones illæ proveniunt, nec alicui cælo mobili, aliter quæ sunt in una regione, deberent fieri in omni alia sub eodem parallelo existente, quia per motum pars cæli illius paralleli pertransit omnes illas regiones, ergo debet alicui cælo immobili ascribi. Tum 4. secundum Astronomos Planeta major habent virtutem existentem in Oriente, quam in elevatione supra Orientem, vel in occasu, quod nequit provenire ab illa parte cæli mobilis, quia hæc etiam movetur simul cum Planeta, neque ex vario modo prociendens radios, quia fortiores debent esse in meridie, quam fortiores tunc radios prociunt, ergo

ex parte

Quæstio VII. Articulus Secundus.

ex parte alicuius cæli immobilis ibi semper existente. Tandem arguit motu. Apertus pixis nautica in Septentrionem debet habere aliquam causam immobilem, sicut apertus ille est semper idem, at nulla alia immobilis causa datur in cælis præter empyreum; si quæ eoini alia assignari posset, esset polus, hic autem nequit esse, quia ut experientia compertum est, pixis nunquam directè aspicit polum, nisi sub meridiano infularum Fortunatarum, à quibus fit recedat autem Occidentem versus ad Americam, pixis quoque à polo recedit per novem gradus, si versus Orientem, & pixis etiam versus Orientem à polo recedit per novem gradus, ergo polus nequit esse causa talis aspectus, aliter semper illum aspiceret.

190. Resp. ad 1. sepe dictum est perfectionem in substantia non semper arguere perfectionem operationem, ut diximus dist. 7. Phys. quæst. 6. art. 2. & patet in Angelis, qui nullam possunt elicere actionem substantialem, sufficit ergo, ut empyreum inferiori Beatis ad inhabitandum, propriam lucem producat, & munera illa exerceat in probat. conclud. assignata, ne dicatur otiosum. Ad 2. Empyreum propter non est pars universi, quatenus dicit aggregatum quid ex rebus naturalibus, non enim inferunt alicui rei naturali, sed supernaturali; scilicet beatitudinis, sed quæquid sit de hoc, unitas universi sufficienter pro continentiam, & contiguitatem corporum constituitur. Ad 3. ipsemet Suarez concedit non concludere, potest enim pro causa assignari terra tanquam causa materialis, quæ propter varias dispositiones, & rebus semina ab initio illi insita, ut ait Aversa, varios, & diversos producti effectus, & quia semper remanent alie dispositiones, nec in omnibus regionibus reperitur, idcirco poterit produci peculiaris effectus in una regione, non in alia, non enim est necessarium, ut terra sub eodem parallelo existens tota fit ejuandem rationis adivivem, quævis enim pars illa cæli semper eodem modo se habeat respectu totius terræ sub eodem parallelo existens, non tamen quilibet illius terræ partem in eodem aspectu cum aliis stellis aspiciat, sed in hæc parte habet talem conjunctionem cum aliis stellis, tam fixis, quam errantibus, in alia parte habebit aliam conjunctionem, & aspectum; dicit enim Astrologi sidera peculiariter quodam aspectu regiones quædam aspiciere, & dominari in tam fixa, quam errantia, cum igitur varientur causæ efficientes, & materiales, mirum non est si quidam effectus gignuntur, in una regione, & non in alia. Ad 4. si valeret, concluderet etiam regiones in omni pondus cæli habere eandem efficaciam, cum enim quodlibet pundum fit Oriens, & Occidens, licet respectu diversarum terræ partium, ex alio capite Planeta in Oriente habeat peculiarem vim, & hoc universaliter, sequitur hæc vim ubique habere, quia semper Oviens dici potest respectu alterius, & alterius regionis, quare cælum influere deberet esse uniforme secundum omnes partes, non ergo hæc vim proveniret in ipso propter aliquam partem Orientalem cæli immobilis: hæc enim est ejuandem rationis cum meridiana, quare etiam in meridie idem causeret, sed postis ex vario aspectu, quem habent Planetae in Oriente, qui unum tantum domum habent, vel in Occalu; cur autem aspectus ille sit magis caustivus illius virtutis, & non alius, non possum reddere forte rationem à priori, nisi quia hoc est hoc, illud est illud, sufficit nobis, quod ex hoc capite non inferatur aliqua causa immobilis. Ad 5. supposita veritate illius observationis dicendum erit, neque polum solum, neque partem aliquam cæli iuxta polum esse causam illius aspectus, sed tota pars illa cæli polum per novem gradus hinc inde circumdans, quæ licet mobilis sit, tamen cum una parte altera succedat ejuandem rationis, & adivitas respectu magnetis, five polæ differant inter se, si ve non, bene cum mobilitate cæli later poterit immobilitas huius aspectus, nam etiam secundum ipsum non pars aliqua exigua in cælo empireo caulat aspectum illum, sed tota illa pars circumflans per novem gradus, ergo idem dicere possemus de parte illa primi mobilis. Adverte, quod si hæc argum. valeret, concluderent existentiam Empyrei naturaliter cognosci debere, vel saltem quod Philosphi, & Astronomi aliquod cælum immobile statueret debebant, quod nullus hucusque asserit.

ARTICULUS II.

Quinam effectus producantur ab astris.

191. Ad quatuor genera omnes effectus producibiles à celestibus corporibus reducere possumus, claritatis gratia, primum genus accidentia constituent, secundum corpora quædam in animata, ut elementa, mixta, &c. tertium omnia animata vegetabilis animalia, acsentivata, quartum tandem, quæ constant animarationi, quoad primum Averr. 2. cæli com. 42. Achill. 4. de orb. d. ult. Jand. Zim. & Ali Averrotes, Picus enim lib. 13. de evers. sing. corp. sect. 2. purantur, alia præter lumen, calorem, siccitatem, & motum localem nullam aliud accidens caulare in his inferioribus, aut saltem non caulare frigus, & humiditatem per se, sed solum per accidens.

192. Veritas tamen ab omnibus concessa est, astris etiam frigiditatem, & humiditatem per se caulare in illis inferioribus, ita Scot. 2. dist. 14. quæst. 3. A. & prob. nam experientia docet caulare lumen, calorem, & siccitatem, de motu locali prob. cæli enim propter maximam motus velocitatem non tantum ignem secum rapiunt, sed etiam aeris supremam regionem, nam cometas, & alie hujusmo-

di impressiones in aere genitæ circulariter moventur ad motum astrorum, à quibus fuerunt productæ; Luna in aqua caulat motum localem, qui fluxus, & refluxus dicitur, ut dicemus dist. 4. 9. 4. art. 4.

193. Deinde quod etiam frigus causet, & humiditatem, prob. ex Job. 37. Ab interioribus orientis tempus, & ab Actura frigus; probat. etiam experientia, nam observantur Altronomis, dominium Saturni, five per annum, five per mensem, magnum frigus generari in his sublunariis, similiter regnante Luna maximam humiditatem, unde dormiens expositus radiis lunariis efficitur paralyticus, quia infrigidatur, & humectantur membra. Nec valet, quod asserunt, hoc per accidens evenire propter absentiam, & recessum Planetæ, sicut natura lux præsentia est causa conservationis navis, sua absentia naufragii, vel quia hæc sidera modicum habent calorem, idcirco videntur refrigerare, & humectare. Non valet, quia tale frigus, vel humiditas non generatur in absentia Saturni, aut Lune, sed cum presentes sunt, habentque expertum enim est ex concursu Saturni maximum frigus de novo evenisse, cum antea dies maximè calidus fuerit, ex quo impugnatur, quod additur, etenim modicus ille calor potius debebat augere, quam mitigare, Ad 3. reuendit calorem illius diei. Tum quia alia mutuo se impediunt in actionibus, & hoc, quia agunt actionibus contrariis, aliter nullum esset impedimentum, ergo positive, & per se caulant frigus, non per accidens, ut sic enim potius adivivem se adjuvant, quam obstant. Tum quia tenentur assignare causam per se illius frigus, & tandem non solum calor, sed etiam frigus per se intenditur à natura, ambo enim sunt dispositiones necessaræ ad generationem sublunarium, vel simul, ut in mixtis, vel separatim, ut in elementis, ergo licet formæ substantiales sublunariae per se à cælis efficiantur, dispositiones quoque erunt per se intentæ, & caulatæ ab astris.

194. Dices; videmus ex absentia Solis in nocte statim frigus, & humiditatem fieri, item elementa dantur ex le frigida, & humida, ergo non est necesse ponere aliud agens cælestis per se productivum frigus, unde Aristot. 2. sect. prob. 21. negat stellas frigiditas esse, nam se habent, inquit, ut cor, quod in tembra solum calorem influunt. Resp. videmus quoque ex præsentia quorundam astrorum generari frigus, sicut dari debet aliqua causa per se productiva illius, cum quia cum per se sit intentum à natura, non sufficit, quod per accidens generetur. Aristot. vero negat stellas formaliter esse frigiditas, non autem virtualiter; vel negat omnes stellas frigiditas esse pot. dicebant antiqui, non aliquas.

195. Quoad 2. corpora inanimata alia sunt simplicia, ut elementa, alia sunt mixta imperfecta, ut pluvias, nubes, nix, alia tandem sunt mixta perfecta, ut metalla, lapides, gemmæ, respectu istorum omnium astris duplicem habere possunt actionem, alterativam, five dispositivam unam, generativam alteram; primam omnes admittunt, clarum enim est in omnia illa influere, producenti primas qualitates, five secundæ est dubium; Contra omnes enim qui de origine negat à cælis formam aliquam substantialem producti, sed formam omnem formam, ait, reperiri in seminario formatum, quod est essentia quædam spiritalis à Deo creata simul cum materia, & in materia, quæ in se distincta sit, & indeterminata, in sui autem gremio quamplures gradus essentialis continet, qui sunt formæ determinatæ rerum, & ad dispositionem propriam materie unius gradus exurgit, & fulget, ubi prius latens, & consopitus manebat, adveniente autem alia dispositione, prior gradus iterum abobsciditur in seminario, & alter novus exegreditur, sicut in tragediis, & representationibus ad variationem scenarum mutantur interlocutores; alii vero asserunt produci ab intelligentia. Ex opposito Ragaf. dist. 16. & Fernel. lib. de abditis rerum causis cap. 5. & seq. putant omnem formam substantialem à cælis produci. Tandem Soccini. 12. Met. q. 13. concedit formas substantiales à cælis produci, non quidem principaliter, sed instrumentaliter, quatenus assilens intelligentia utitur cælis ad generationes rerum.

196. Media via incedendum, falsum scilicet esse, astras omnes formas substantiales posse producere, falsum quoque nullas illas posse producere, & quidem, quod nequeant omnes formas producere, patet ex dicendis infra, nullam enim animam pollat generare, non semper ab astris generatur, probat Doctor cit. nam elementa, etiam non semper ab astris generantur, ignis enim potest producere ignem, & aqua aquam, licet tunc concurrant alia, ut causæ universales, addunt tamen totaliter producantur ab astris, accedente enim Sole ad Zenith unius regionis, elementa superiora, & calida scilicet ignis, & aer augentur, & inferiora frigida terra, & aqua minuuntur, in regione vero opposita aqua, & terra augentur, ignis, & aer decrecent proportionaliter, accidentibus stellis effective frigidis; sic quoque fit æstivo tempore exponatur soli speculum concavum, & ubi fit reflexio radiorum sit efca, statim ignis generatur. Mixta imperfecta totaliter à celestibus caulantur, nam materia istorum vaporis, quæ virtute stellarum ad locum generationis elevatur. Idem dicendum de mixtis perfectis, hæc enim non producantur univocè ab aliis similibus corporibus, nec ab aliis mixtis, in quibus virtute continentur, ut patet, nec ab elementis, quia sunt imperfectiora, hoc autem intellige effective, non materialiter, nam sic aqua, & terra, vel saltem vapor terreus aliquo modo concurrunt ergo à celestibus corporibus remanent, quod producantur, non quidem, ut sunt instrumentaliter intelligentiæ, sed ut causæ principales, nam astris sunt illis

per se

perfectiora, & sunt de genere adiverum, cum disponant materiam ad recipiendam formam substantialem, quare non erit deneganda ab ipsis productiva virtus; Seminarius illud ex parte refutatum est disp. 7. Phyl. quæst. 7. art. 1. sed falsus in lib. de gen. disp. 5. quæst. 6.

197. Dices autem stellæ ante lapsum Adæ habebant vires excitandam rempeltatam, aut post lapsum à Deo receperunt; non primum, quia frustra fuissent, nam alia nullum talem effectum produxissent, fuisset enim injuria hominem nimbotis, pluvialibus, & fulminibus exponere; nec 2. quia magna celo fuisset illata mutatio, si post lapsum novas habuissent virtutes. Resp. concedendo vires has ab initio non habuissent virtutes. Resp. concedendo effectus produxissent, quos nunc canant, utraque pars est probabilis, affirmativa probabilior, nullum tamen nocumentum hominibus attulissent; si vero negativa afferatur, ex dispositione divina, sicut erit post diem Judicii, adhuc nullum sequitur inconveniens, quia omnia perfecte divinæ obediunt voluntati.

198. Quoad tertium genus duplex dubium oriri potest, cum enim in quolibet vivente reperitur anima, & forma corporeitatis, videndum est an alia possint omnem animam vegetativam, & sensitivam producere, an saltem omnem formam corporeitatis, tam plantarum, quam brutorum. Sed non quod animata alia dicuntur perfecta, alia imperfecta, perfecta dicuntur illa, quæ non nisi virtute feminis generari possunt, imperfecta vero, quæ ex putrida materia generantur, quamvis etiam aliqua ex his vi feminis producantur, sic plantæ quædam ex putri, & ex semine gignuntur, quædam solum ex semine, idem in animalibus conspicitur, apes enim solum ex putri generantur, mures ex putri, & ex semine, Leones solum ex semine, hinc illa perfecta, & imperfectio non debet attendi penes gradus essentialis, nam quodlibet brutum ex putri genitum perfectius est quilibet planta perfecta in gradu essentiali, sed attenditur penes modos generationis: hoc præcepto.

199. Quantum pertinet ad animam, qui posuerunt celos perfectiores rebus animatis habere concedere posse quoque illa producere, quamvis plures ex illis restringant suam sententiam ad vivencia imperfecta, & negant perfecta à celis esse producibilia; Qui vero ponunt celos perfectiores concedunt etiam nullum vivens posse caulari ab astris principaliter, sed instrumentaliter, & in virtute intelligentiæ vel motricis, & inferioris ordinis, ut Themist. Avic. & Alphar. apud Conimb. 2. celi cap. 3. qu. 6. nec multum distat Cap. Sone. & Ferrar. vel primæ, ut reliqui omnes, solum Gabr. concedit celos imperfectiores, & simul causas horum viventium; illa autem virtus, vel fuit ab initio celis indita, ut Rust. afferit, vel in tempore communicata, ut cum Dur. docent Conimb. quæ volunt celos attingere animam viventis, ex hoc quod instrumentum quodlibet putat ut elevatum attingere terminum principalis agentis, vel sine immediato concursu agentis, principalis ut Conimb. Ruv. vel cum tali immediato concursu, ut Suarez disp. 18. Met. sect. 2. num. 38. Amic. tract. 6. quæst. 8. dub. 6. & alii. De forma corporeitatis est opinio Avic. tract. de diluv. quam videtur sequi Alb. 8. Phyl. tract. 2. cap. 10. posse celos formam corporeitatis inducere in materia tam imperfectiorum viventium, quam perfectiorum, etiam hominis, ita ut in sent. istorum semina non est simpliciter necessaria ad formationem corporis, sed tantum ad bene esse, raro enim invenitur in elementis locus aptus ad generationem viventium perfectiorum propter continentium variationem, ideo natura providit de certo, & determinato loco, qui est matris feminis; communis sent. solum hoc concedit de viventibus imperfectis.

200. Dicimus primò, stellæ nullo pacto attingere productionem

nam sibi reservasset, cum aliorum effectuum perfectiorum causas crearet sufficientes constituit; etenim Dei est supplere imperfectionem causarum secundarum, quando non adest sufficiens causa, ut in proposito, quod in aliis multis omnibus concedunt cum Scot. 4. disp. 12. q. 3. imò ex hoc magis apparet divina omnipotentia, & magis providentia Dei redditur conspicua.

201. Dicimus 2. stellæ posse formam corporis imperfectiorum viventium totaliter producere, perfectiorum tamen solum coadjuvando semen, & feminam in adionibus non totaliter, ita collig. ex Scot. 2. dist. 8. & 18. prima pars prob. vivencia imperfecta, quia non habent partes multum dissimilares, nec indigent concursu plurium requisitorum ad generationem, unde brevissimo tempore fiunt, nec ad conservationem, & perfectionem, poterunt quoad corpus à celis produci, nam poterunt alia alterare elementa ad dispositionem formæ corporeitatis, quæ cum non excedat in perfectione ipsa alia, non est denegandus ab ipsis concursus productivus; hinc experientia videmus plantas aliquas, & animalia, ut vermes, serpentes, pisces aliquos, ranas, mures, talpas, & similia generari sine commixtione sexuum, & ubi prius non fuerant, eo quia ex materia putrida generantur. Vivencia vero perfecta, quia partibus constant multum dissimilariis, plures requirunt alterationes, & mutationes prævias, antequam introducantur forma corporis, nec sufficit agens universale, & indeterminatum, sed exigitur agens determinatum, & particulare à natura destinatum ad talem effectum, quale est semen, & virtus matricis feminis. Tum quia propter hanc partium eheterogenitatem non statim corpus generatur, sed multum temporis consumitur, ut patet de homine, cujus corpus spatium 40. dierum, si est vir, vel 60. si est femina, efformatur in ventre, in quo tempore partes generantur diversæ omnino virtutis, stomacho enim inest virtus chylifica, epati virtus sanguifica, & testicularis virtus prolifica, cor est calidum, cerebrum frigidum, &c. impossibile autem videtur toto dierum spatio in celis eandem constellationem, & aspectum durare, ut ad has contrarias mutationes simul concurrant, cum sint in continuo motu, & variatione. Tum quia hæc animalia perfecta non solum plura exigunt ad generationem, sed multo plura ad conservationem, & ut ad statum perfectum perveniant, & præcipue indigent nutrimento, cura, & sollicitudine parentum, à quibus si essent derelicti, statim interirent, ut patet experientia, hæc enim ratione natura, quæ in necessariis non desinit, feminæ dedit matricem tanquam locum proportionatum, in quo fetus post generationem conservari, nutriri, & ad statum perfectum pervenire possit, concessit etiam lac, ut post partum possit adhuc fetus nutriri, donec ope non egeat, ret aliena, quibus omnibus esset desititum animal, si à celis quoad corpus posset in loco aliquo elementorum produci, ut patet, & statim interiret; ergo quia natura non desinit in necessariis, aliter debet, celos non habere hanc productivam virtutem, aliter & nutritivam, ac conservativam debuissent habere. Hinc Arist. sect. 10. probl. 13. de hac re loquens ait. *Quantobrem hujus etiam sæculi mutationes sunt antiquissimum minutorum generi sunt contrahere possunt, quod fetus usque exeat, tum enim maxime oriuntur, cum mutationes temporum incalcescunt; majorum autem generis variationem quoque pro sui magnitudine desiderat ampliorum.* Tandem accedit experientia, nunquam enim expertum est; hæc animalia ex putri generari, cum tamen & si non tam frequenter ut imperfecta, non tamen tam raro deberent produci. Solum igitur occurrit cælum, ut causa universalis, quatenus calore proprio fovet calorem vitalem feminis, & matricis, ut facilius disponant materiam, juxta illud 2. Phyl. 26. Sol. *Et homo generant homines.*

202. Contra 1. concl. arg. quod cælum possit esse causa immediata,

quia hæc casualitas, semper est instrumentalitas, nunquam principalis cause, vel est sensus, quod prima causa, quæ regulariter supplet imperfectionem naturæ; ideo ad dispositiones formæ excedentis vires naturæ statim inducit formam, & sic est verum, sed nil contra nos. Scotus vero ideo ambiguit ibi loquitur, quia non adhuc determinaverat quamlibet animam esse perfectiorem cælestibus corporibus, ut fecit postea in 4. dist. 2. quæ. 2. E vel ait à celis produci tantquam ab indubitanibus ultimam dispositionem animæ, quæ est forma corporis, sicut homo hac ratione dicitur generare hominem. Ad 2. negat. Antec. ad probat. dicimus finitatem virtutis, & perfectionem naturæ non esse signum sufficientis, quod reperitur aliqua virtus activa in aliquo perfectiori, aliter homo posset generare aurum, plantas, & animalia sensitiva, sed requiritur, ut perfectus in se continet virtutem activam imperfecti, licet eminentius, hæc autem continentia arguitur à posteriori ab effectibus producibilibus à perfectiori; cum ergo Angeli sint naturæ intellectualis, cuius potentie sunt intellectus, & voluntas, & secundum aliquos potentie sunt intellectus, quatum nulla est productiva substantiæ, hinc negamus in Angelis hanc virtutem, ut diximus disp. 7. Phyl. q. 6. art. 2. cit. sed hoc proprie spectat ad tract. de Angelis. Negatur quoque, Dæmones propria virtute ranas illas produxisse, sed solum applicasse causas naturales potentes alterare materiam ad dispositiones necessarias, norant enim proportionem micendumur, & virtutes, unde quoad motum localem, omnia corpora obediunt Dæmonibus, possunt ipsi conjungere activa passiva, & directè applicare cælestibus influentiis, ut notat D. August. 3. de Trin. cap. 3. tum translata. Ad 3. si valeret, concluderet Deum in productione animæ rationalis, miraculosè semper agere; quare concurrat ut causa universalis, quatenus est omnium gubernator, & rector, cujus est supplere defectus creaturarum; potest etiam dici causa particularis, scilicet solitaria, quia non habet causam secundam coagentem, non ob id tamen supernaturaliter agit, quia non est actio extraordinaria, & indebita naturæ; sed ordinaria, & debita propter defectum agentis; nec paritas de perfectis animalibus valet, quia hic adest agens æquè perfectum, & approximatum, non ibi.

204. Contra 2. concl. arg. offendendo celos posse formam corporeitatis perfectiorum generare. Tum quia hæc forma introducit in materia disposita, quæ dispositio consistit in quodam temperamento primarium qualitatum, ad hoc totum possunt cæl præstare, ut patet in metallis, quorum materiam alterant, & disponunt, & in viventibus imperfectis, in quibus non solum est dispositio materię, sed etiam eheterogenitatis partium. Tum 2. quia semen est imperfectius cælis, forma corporeitatis perfectiorum est etiam imperfectior, ergo poterit à cælis produci, aliter non redde, nec sufficienter probaremus formam corporis imperfectiorum posse à cælis produci. Tum 3. ex multis experientis; prima est de Ogyge, & Inacho, quos è terra genitos fuisse refert Justin. Martir. in proem. Euseb. lib. 7. de præp. Evang. cap. 7. Philo Judæus in lib. de Mundi incorrupt. Diod. Siculus lib. 1. rerum antiq. cap. 1. & 2. & de Julio Camillo refertur dispositio fere humani corporis produxisset, certam quædam proportionem calorem igneum fornacis attemperante. Secunda ex Plin. lib. 8. nat. hist. c. 24. Solin. in polyhist. cap. 36. equæ in Lusitania Favonio flante concipiunt, idem contingere in Cappadocia refertur Sol. in descript. Cappad. & Div. Aug. lib. 1. de civ. Dei cap. 5. & de Vulture idem refert D. Amb. Tertia est de Phœnicæ, quæ avis unica in mundo reperitur, & propter sui perfectionem non est inter imperfecta animalia computanda, imò videtur omnium perfectissima, & tamen non vivit in semine, sed ex

quàm in conservatione, nutritione, &c. quæ non exiguntur ad formam imperfectiorum. Ad 2. imperfectio feminis, & matricis non inter virtutes ipsorum reperiri in cælis perfectioribus, sicut neque infert, quod talis virtus reperitur in Angelis, ratio posteriori erit, quia ad generationem perfectiorum non sufficit agens aliud determinatum, quod possit durare, quantum est necesse ad generationem corporis, & deinde fit potius illudovere, naturæ, & conservare; quæ nequeunt à cælis præstari; ideo natura ad hæc munera semen, & matricem instituit.

206. Ad experientias illas dicimus, nec auctores illi de viis comprobant, sed solum traditione, præcipue tamen equæ concipere dicuntur flante Zephyro; quia fortè iste ventus magis aptus est ad conceptionem. Tertia non minus fabulosa dici debet, ut rectè adnotat Conimb. non enim est certa unitas Phœnicis, non certa vitæ duratio, nec certum genus mortis, unde nullus auctor testatur, hæc omnia vi obfervasse, sed solum in fide parentum; hæc omnia referunt de Phœnicæ, imò multis ex adverso flante Phœnicæ reperiri experientia testantur, unde Arist. quamvis auxilio Alexandri magni totius Orientis Monarchiæ adiutus, nec verbum quidem de hac historia fecit; & licet multi Patres hoc afferant, imò ut medio utantur ad ostendendam possibilitatem resurrectionis, non urget, quia argumenta sumplerunt ex recessu à Gentilibus, sed quicquid sit de hoc, dicimus perfectionem viventis in præsentem non sumi ex perfectione essentiali, sed ex modo generationis, ut dicimus, quare Phœnix inter imperfecta animalia computari possit, quatenus ex sua natura non petit ex conjunctione seminum produci, unde primò non est efformatus ad modum avis, sed potius vermiculti, qui ex putri solet generari. Ad 4. dicitur committere, vel fabulam esse, vel dæmonis ope, aut magna ventorum vi eò delatum, & postea in terram fuisse dejectum. Ad quintum quidam dicunt diluvium operuisse univerfam terram tunc ab hominibus habitam, nam finis fuit punitio peccatorum, ergo terra non adhuc peccatis corrupta, ut erant tunc illæ insulæ, non debebat deheri, & hac ratione Scot. 2. dist. 17. q. 2. negat Paradisum terrestrem à diluvio destructum fuisse, & in hoc sensu explicat Script. cum universaliter de tota terra loquitur, scilicet de tota, & omni habitata; ad melius ait D. Aug. 16. de civ. 7. post diluvium, vel Angelorum ministerio, vel hominum ope pervenisse, vel enatando; tum quia ait Amic. ex Lusitanorum navigatione haberi multas, & maximas insulas reperiri sine ullo perfectione animalis, si quis autem affereret quodam homines illos applicasse cum illis animalibus, ad habitandum, vel venandum, vel fortuna dejectos, quamvis memoria, & certa traditio non habeatur, non facile refelli possit, quotidie enim videmus naves è longinquo animalia etiam efferata conducere; quomodo necesse est afferere de hominibus in Indiis occidentalibus reperitis, scilicet aliquando illos pervenisse ex magna ventorum tempestate; vel quod non satis adhuc constat Americam insulam esse, an verò continenti coniunctam. Ad 6. dicimus ut ad 3. Ad 7. concedimus celos concurrere cum semine ad generationem monstris, quia potest constellatione aliqua pervertere, & corrumpere partem aliquam in semine, vel impedire, si non totaliter saltem partialiter activitatem seminum, & deinde monstra generari, natura enim universalis vivens ob imperfectionem activitatis feminis non potest perfectum animal generari, nec materiam disponsi ad figuram v. g. hominis, ne illa frustrata remaneat, eo modo quo potest, aliquid producit, & monstra contingunt, & quando semina sunt alterius rationis agunt ad effectum medium, hinc in Africa semper aliud nati sunt animalia, quæ sunt in parte, hæc potest vis imaginaria.

Quid possit Astrologi ex siderum observatione prognoscere.

icibus sagittam in incertum, si casu aliquem vulnerat, vulneratio dicitur indirecte, & per accidens a proiciente provenire; hoc tamen dupliciter contingere potest vel necessario, & naturaliter, si illa duo sunt naturali vinculo conjuncta; vel libere, si ex voluntatis arbitrio solum unum in actione.

208 Dicimus sidera directe, & per se non influere in intellectum, & voluntatem, sed solum indirecte, & per accidens, in intellectu quidem necessario, in voluntate contingenter; prima pars est communis Catholicorum, eique definita in Concil. Bracar. 1. c. 9. & 10. adfuit etiam decreta quamplurima Summorum Pontificum precipue Sixti quinti, & Urbani octavi, & prob. agens directe in aliud debet virtualiter continere effectum, cujus subiectum est capax; ergo si cœli agerent directe in intellectum, & voluntatem, deberent virtualiter continere formam, cujus illæ potentie sunt capaces, quod est falsum, quia talis forma necessario esset spiritualis; nam materialis non potest recipi in illis potentiis, quæ sunt spirituales; nullum autem spirituale potest à materiali causari. Tum quia si in voluntatem agerent, cum naturaliter agant, voluntas non potest non recipere talem formam, & si hæc formam ad actionem impelleret, propter subordinationem essentiali inferioris causæ ad superiorem, non potest voluntas non agere, ergo necessario, & non libere operaretur, quod est contra fidem, & veram Philosphiam.

209 Secunda pars prob. quia pro statu isto intellectus, & voluntas nostra à sensibus dependent in operari, ergo si directe cœli influere possint in humanos sensus, indirecte dici possint in intellectum, & voluntatem influere, unde videmus eos, qui ob aliquam infirmitatem deordinatam habent in quodam sensu, & per statum, ut amentes, non recte per intellectum operari; videmus insipientes, qui à cœlis appetitum habent sensitivum magis ad unum obiectum inclinatum, quam ad aliud, difficulter ab illo abstinere, cum pro statu isto voluntas nostra tunc sit condelectari appetitui sensitivo, iuxta illud: *Ducimus in vitam semper, cupidinisque vocatum*; cum hoc tamen discrimine, quod intellectus, quia est potentia naturalis, movetur indirecte, & necessario à cœlis; repræsentatis enim speciebus, & perturbatis phantasmatis, necessario intellectus exit in actum iuxta ordinem potentiarum; ut voluntas, cum sit potentia libera, nec necessario repræsentato obiecto exit in actum, sed adhuc potest suspendere actionem, movetur ab astris indirecte, & contingenter, quia licet quoad entitatem potentie anime sensitivæ, & voluntas sint naturaliter radicate in eadem anima, non tamen quoad operari, sed potest voluntas non agere, imò suspendere actiones potentiarum sensitivarum, ut ipsius imperio subiciuntur.

210 Contra 1. partem arguitur, quia potest corpus agere in spiritum, ergo cœli in animam, Antec. prob. tum ratione, quia spiritus agit in corpus, ut patet de Angelo movente cœlum, & anima informantis corpus, non enim magis disproportionatum est spiritus corpori, quod non possit ab illo pati, quam è contra; Probat. etiam experientia, nam demones secum in quodam celorum aspectus, ac lune variationem vexant obseclos, malefici citius accurrunt, & quibusdam herbis, vel lapidibus confringuntur, & allicuntur; tum quia ex vario siderum aspectu homines quoad ingenium, mores, & scientias valde inter se differunt, tandem patet ex prædictionibus astrologorum etiam quoad eventus ex nostra voluntate pendentes. Refert enim Syconius in vita Augusti, quod nato Augusto Publius Nigidius nobilis astrologus inspectis cœlorum aspectibus in puncto nativitatis, exclamavit Dominum terrarum orbem natum, & de Nerone etiam asserit quandam astrologum pronunciasse natum Imperatorem, fore, qui Matrem esset necaturus, quod cum mater Agrippina audisset, exclamavit, *occidat, modo imperet*, & multa alia exempla in die occurrunt.

211 Resp. negatur aliquid, ad 1. prob. negat. paritas, nam Angelus quoad motum, & anima quoad informationem, sunt virtualiter divisibiles, quamvis formaliter indivisibiles, nullum autem corpus potest esse virtualiter indivisibile, aliter produceret effectum nobiliorem, nobiliss enim est formaliter indivisibile, quam virtualiter solum, quæ ratio non militat de Angelo, & anima. Ad primam experientiam dicimus, demones ideo determinati temporibus magis vexant obseclos, quia cum agant per applicationem activi passivi, scilicet illis temporibus humores magis perturbantur, quibus ratione tunc magis præsto sunt malefici, quia facilius mandata exsequuntur in homines; herbis, verbis, vel lapidibus allicuntur, non quidem physice, sed moraliter ex pacto cum maleficiis incho; arcantur quoque exorcismis moraliter virtute divina, & Angelorum ministerio, sicut de jecore illius patet in libr. Tobie; quia propter nullum corpus potest physice, & naturaliter agere in Demones. Ad 2. experientiam dicimus solum probare 2. partem contra 1. diversitas enim acuminis intellectus in una materia, & non in alia indirecte provenit à cœlis, quatenus disponunt sensus internos, & inclinationes in unum obiectum, & non in aliud, complexiones enim naturales sunt diversæ, diversasque habent proportionem cum rebus, unde quispiam magis delectatur in una re, quam in alia, hinc intellectus perfectior operatur circa rem illam. Ad 3. dicimus ideo prædictiones illas aliquando evenire, quia voluntas nata est condelectari appetitui sensitivo, cogitationes enim hominum prorsus tendit ad malum Gen. 8. & perverli difficile corriguntur Eccl. 1. hæc ratione ut plurimum operatur iuxta inclinationem sensuum; ita notat Doctor sæpe cit. led est evidenter hæc difficultas intelligatur, sequentem art. examinare debemus.

212 **P**reægnitio futurorum, de qua loquimur in præfati, est illa; quæ ex cognitione rerum naturalium habetur, ideòque physica appellata; est ergo ex cognitione alicuius rei præcognoscitur aliquis eventus habens cum illa re connexionem aliquam naturalem, puta quia est effectus illius, vel mediate, vel immediate, tunc bona erit præcognitio, nec superfluitiosa, et à motu enunciandi eventum aliquem erit res aliqua nullo pacto connexa naturaliter cum illo, suspecta, & superfluitiosa erit præcognitio; quia ratione omnis præcognitio Necromantia dicta, quæ fit vel cum evocatione umbræ mortuorum, vel cum ossibus cadaverum, imaginibus, inspectione puerorum, vel foeminarum prægnantium in speculo ab animalis item Geomantia, quæ fit punctatione in terra, vel carta, divinitus per numeros, quæ utebantur Pythagorici, Pyromantia ab igne, Aëromantia ab aere, Hydromantia ab aqua, & alie huiusmodi sunt profus vane, superfluitiosæ, & non nisi ope Dæmonum haberi possunt, nullum enim vinculum ex natura rei habent hæc omnia cum renuntiata: at tamen Phytionomia, quæ est effugie corporis habetur, & pars illa Metecopia, quæ lineas frontis contemplantur, & Chiromantia, quæ lineas volæ manus considerat, supposito, quod dicunt Astrologi, has lineas esse effectus siderum, possent admitti, quia procederet ad indagandos effectus siderum, cum quibus naturalis connexionem habent, eo quia ab eadem communi causa procederet; nam tamen hoc suppositum fit verum, ostendunt Astrologi, Hypopolitus Obic. in suo ap. pro veritate Astrologie pro primo habet lineas illas verè à stellis causari, & ad variationem aspectus celorum variari, imò testatur ex inspectione harum linearum facillime deveniri in cognitionem horoscopi, sine puncti nativitatis cuiuscunque, figuramque genituræ reformari, quod experientia se multoties comperrile confiteatur; si hoc esset verum, non posset negari naturalis nexus inter has lineas, & alia, & consequenter ex hoc capite non essent hæc scientie suspectæ; absolute tantum Ghyromantia est damnata ex Constitut. Sixti V.

213 Deinde not. quod hæc præcognitio habet ex siderum observatione (qua ratione *Astrologia* dicitur, & profolores *Astrologi*, seu Planetarii nuncupantur; & Genethiaci ex perfricatione puncti nativitatis) maximam habet difficultatem annexam ex multiplici capite provenientem, nam in prima mirra reperitur inter Astrologos dissentio, non solum in dogmatibus, sed etiam in principiis, numero, & motu celorum, & siderum, rationes quoque quibus utuntur non alie sunt, quam experientia, quæ difficulter potest haberi; requiritur enim multum tempus, & quod res eodem modo se habeant, brevis est ætas hominum vita, & nunquam eadem eadem cœlis facies, habitudo, & dispositio, unde nec usque modo aliquæ certum, firmumque habetur de moribus celorum, & siderum, & siderum, cum unusquisque propriam ferè sibi conficit Astrologiam, prout sibi videtur; idcirco Hali peritissimus astrologus, scientia, inquit, stellarum ex te, & ex illis est; idem quoque habet Ptolemæus Astrologorum princeps. Quibus accedit, quod quamplurimi effectus non tantum ab astris causantur, sed etiam ab astris sublanaribus dependent, difficile autem est, & moraliter impossibile cognoscere omnes aliorum virtutes, maxime, quod in firmamento multæ stelle reperiuntur, quæ non videntur, vel raro apparent, & tamen proprias habent influentias, unde nequissimus scire, an virtus unius astris, quam non perfecte cognoscimus, sit superatras; vel impeditura virtutem alterius; difficile etiam est omnes virtutes firmi componere, & considerare; quid singula astris in tali statu, & situ constituta possint efficere; impossibile etiam est cognoscere qualitates individuales regionum, causarum materialium, & scilicet vaporum, exhalationum, & c. an hæc omnia eleventur, & quantum quantitate. Ex hæc tamen difficultate non debet inferri absolute impossibilitas huius scientie; si enim alia possent habere determinatos effectus, ex ipsorum cognitione possent deduci effectus illi, quamvis à nobis non cognoscantur; hinc Scotus 2. d. 1. q. 3. ait solum Dæmones, & Angelos pericere hæc scientiam possidere, quia attingunt omnes causas, circumstantias, & conditiones; cum ergo ex cognitione aliorum sint ex natura rei effectus præcognoscendi, quibus videndum est primo, quid potest inferri Astrologia in se ex se solum observatione, deinde quid possit nostra Astrologia.

214 Prima opinio asserit, ex siderum perfecta observatione prævideri posse non solum omnes effectus naturales, & necessarios, sed etiam liberos, & casuales, vel quia astris cogunt nostram voluntatem, vel si non cogunt, saltem inclinant naturali quadam propensione, vel tandem si non influunt, sunt tamen signa, quæ denotant, & significant insinuat litterarum, quibus inspectis certo, & infallibiliter præsciuntur omnes eventus. Imò aliqui ita delirant, ut putant ex sideribus potuisse prævideri divinum, Incarnationem Christi, passionem, & quæ à Prophetis sunt præannunciata, diversitate quoque legum stellarum attribuerunt; unde originem legis Hebræorum Saturno dederunt, & quia Saturnus est Planeta infortunatus, dux prophetiæ, & revelationum, & Saturninus facit pertinaces, duros, & avertos; hinc Hebræi semper fuerunt avari ærumnis vexati, multas habuerunt prophetias; suntque multis & pertinaes, quia ratione, inquit, labatum observant Saturno dictatum. Saracenorum lex Venerem habet pro causa, unde Saraceni maxime luxuriosi sunt dediti, diemque Veneris sanctificant. Eadem quoque infania discurrent de lege Christiana, quam aliqui tribuunt Soli, unde diem dominicum Soli adscriptum Christiani celebrant, & Ca-

& Caput scilicet summus Pontifex in urbe residet solari, quæ est Roma. Secunda extrema opinio asserit, non posse per cognitionem præsciri posse eventus aliquos nisi forte, qui in ipsis cœlis causantur, ut sunt aspectus, & conjunctiones. Media admittit cognosci effectus naturales in his sublanaribus, negat liberos, nisi in universali quoad quadam inclinationes; ita communis Theologorum sensus, & Philosphorum.

215 Dicimus 1. ex siderum observatione perfecte habita certo præcognosci possunt etiam in particulari effectus ad statum celi pertinentes, qui scilicet à solo motu cœlesti dependent, ut sunt ortus, occasus, aspectus, conjunctiones siderum, eclipses, & c. ac effectus naturales ab aliis causis etiam provenientes certo præcognoscuntur omnibus causis prævisis, tales sunt morbi, tempestates, pluvie, siccitates, sterilitates, & c. ita Scot. cit. & prob. quæ necessariam, & determinatam causam habent in rerum natura, postquam cognita causa cognosci, & si causa potest præcognosci, ipsi quoque effectus etiam in particulari poterunt præsciri; led effectus enumerati habent causas determinatas, ergo illis præcognitis poterunt præcognosci, ergo Astrologia in se poterit hoc effectus prævidere, cum hoc tamen discrimine, quod ad præcognoscendos effectus primi generis certo sufficit cognitio motuum cœlestium, quia solum ab ipsis dependent, ac effectus secundi generis, quia præter alia diversimode mota respiciunt alias causas, sive efficientes, sive materiales, ut præcognoscantur certitudinaliter, & necessario omnes illæ causæ prævideri debent, nam quælibet sufficit ad impediendum, ne sequantur effectus illi. Hinc etiam tempus mortis naturalis alicui præsci potest, licet enim non possit prædici Petrus v. g. usque ad illum diem vitæ, nam mors tollit ante illis de causis potest contingere at tamen cognosci potest tali die tam contrarios influxus aliorum adesse, tamque notabiliter alterare temperamentum Petri, ut industria Medicorum, humaneque vires nequeant resistere. Hæc autem conclusio est vera, si ordo rerum naturalium consideretur, at si habeatur respectus ad omnimopotentiam divinam, à qua causæ creaturæ dependent, sic poterit ordo rerum alter disponi, ut patet de statione Solis tempore Iosue, de eadem retrocessione tempore Ezechie, & eclipis in passione Domini.

216 Dicimus, ex siderum præcognitione, & aliarum concauribus possunt certo præcognosci, & coniectari inclinationes hominis, temperamentum, complexiones, & naturales aptitudines ad bene, vel male operandum circa determinata rerum genera, non solum ut in principio tunc indicat homini, sed etiam pro quadam certo, & determinato vitæ tempore, idcirco certitudine quadam morali ex hæc cognitione inferri potest hominem fore felicem, vel infelicem ratione quadam universalis; Prob. singula, certum est hominis temperamentum, complexionem, inclinationes, ut quod fit pronus ad iram, ad studium, ad libertatem, ad iustitiam, & universaliter ad bene, vel male agendum, pendere quidem ex conditione parentum, feminis, alimentis, quod aluntur infantes tum in utero quam extra, & ex educatione, at tamen principiat ab astris pendere, ergo cognitis perfecte illis omnibus causis, perfecte prævideri possunt hominis inclinationes, quia ex cœli non solum habent influere in nativitate producendo in homine has, vel illas qualitates, sed etiam in progressu vitæ, ut patet in sanitate, quæ aliquoties videtur deperdit, ut patet quia alterantur hominis humores, sic etiam dici poterit, hominem in uno tempore esse magis inclinatum ad certum genus rerum, quam in alio tempore (oppositum docet Averro 4. 35. lect. 10.) quia tunc possunt ab astris illas qualitates intendi, in alio remitti, hinc experimur aliquando ferè inopem esse ad speculandum, vel aliquod aliud agendum, aliquando vero promptiores, cuius ratio assignari potest variis cœlorum aspectibus in diversis temporibus. Rursus quia optime inclinationes sunt causæ probitas morum, si ad illa operatio voluntatis conformis, quæ reddit hominem gratum aliis, & amabilem, quod læpè in causa est, ut talis indolis homines cumulantur bonis fortune, & honoribus, malè vero inclinationes inducunt malos mores, qui reddunt hominem odibilem, unde & ab omnibus contemnitur, & infelix evadit, sequitur ex præcognitione harum inclinationum, moraliter prælagari posse quoddam bonum, vel malum fortunam in negotiis peragendis, unde dicebat D. Thom. 3. contra Gent. c. 92. ut referat Amic. hic bonam fortunam convenire ex Deo dirigente, Angelo custodiente, & cœlo inclinationem præbente. Dicimus certitudine quadam morali, quia voluntas ut in plurimum operatur iuxta naturales inclinationes, simpliciter libera, cum sit libera, potest oppositum velle, tunc non inferitur certitudo physica, sed moralis.

217 Dicimus 3. nullo pacto ex præcognitione siderum, quantumcumque perfecta possit præcognosci certitudinaliter, vel probabiliter effectus omnino à nostra voluntate dependentes, & in particulari, nec effectus fortuiti, & casuales, etiam necessarij. Conclusio est omnium Theologorum, & prob. ex Sacra Script. Levit. c. 10. Deuterom. 18. illa. 41. & 47. Jerem. 10. & quampluribus aliis in c. 10. Iol. cap. 1. ex 2. p. Decret. per primas quoque quest. Alex. III. in cap. ex *viam* de Sacre. Sixtus V. & Urbanus VIII. celebres ediderunt contra astrologos Judicarios, etiam hi effectus se non certo, sed probabiliter alterare affirmant; Patres unanimes contra hos Astrologos insurgunt; leges quoque civiles, ut in C. de malef. & Mathem. per totum, ut est videre apud Salas p. tract. 5. disp. 2. Prob. quoque ratione, effectus illi nullam habent connexionem cum stellis naturalibus, ex prævisione siderum nequeunt præcognosci, Prob. Antec. non habent connexionem tanquam cum suis causis, quia effectus liberi totaliter à voluntate pendunt; ut quod

Petrus ducet Paulam in uxorem, deambulet, & c. (non enim loquitur de illis effectibus, ad quos sidera indirecte, & per accidens concurrant, de illis namque diximus conclud. præced. effectus quoque fortuiti, ut sunt inventio thesauri, læsio capitis ex casu tegulæ, & c. nullam habent causam determinatam, certam, & per se præter primam, unde & effectus per accidens dicuntur, ergo nec certo, nec probabiliter possunt prælagari ex observatione siderum, in quibus nullo pacto virtualiter continentur.

218 Neque habent connexionem tanquam ad signa repræsentantia huius effectus, quia omne signum vel est voluntarium, ut rana est signum venditionis vini, & sacramenta dicuntur signa efficacis gratiæ vel voluntatis divina, vel est naturale, si scilicet est causa, vel effectus signati, vel coeffectus cum illo, quando ambo ab eadem causa procedunt; non primum, quia solum à Deo possent institui ut signa, de qua determinatione nobis nihil constat in Sacra Scriptura, imò oppositum colligitur; nec 2. effectus illi, ut diximus, à stellis non proveniunt, non sunt causa prædictum stellarum, nec ambo ab eadem causa procedunt led à diversis, ut patet, unde nec mutuo se possunt indicare. Tum quia vel sunt signa certa, ut non possint fieri falsa, & sic tollitur libertas, vel possunt esse falsa, & sic ut deceptoria. Tandem Astrologia in se perfecte reperitur in Angelis, & tamen Angeli non possunt cognoscere regulariter loquendo cordium secreta ex communi Theologorum consensu, solum enim Deus scrutator cordium.

219 Dicimus 4. ex siderum observatione, quam pro statu isto pollimus habere solum effectus illi prævideri possunt aliquoties, & imperfecte, quorum præcognitio haberi potest ex Astrologia in se, non tamen certo, led probabiliter, conclusio sequitur ex didis; nam si effectus fortuiti, & omnino liberi nequeunt ab Angelis præsciri, multo minus à nobis, qui verò possunt prævideri propter aliquam naturalem connexionem, etiam à nobis poterunt præcognosci, nam pro statu isto habemus aliqualem cognitionem motuum, & aspectuum, & virtutum stellarum, ex quibus aliquam præcognitionem, & coniecturam pollimus elicere, & quamvis non habeamus cognitionem omnium causarum, non ob id imprudens cognitio iudicari debet, aliter omnis medicina cognitio, quæ reperitur in nobis, omnino spernenda esset, cum perfecte omnes causas affequei non possimus; sufficit enim præcognoscere causas præcipuas, & potentiores, quales sunt cœlestes influentia; hinc Summi Pontifices concedere posse Astrologos uti hæc arte in agricultura, in nautica, & medicæ arte, solum sequitur hæc prævisionem in nobis nunquam esse certam, led problematum tum ex difficultate huius scientiæ, ut diximus initio, tum quia in illis effectibus, qui à causis sublanaribus dependent, potest impediri cœlorum influxus, vel quia causæ particulares sunt omnino impotentes, vel quia ad oppositum influunt, licet enim sidera sint causæ validiores ut plurimum, potest tamen accidere, ut causæ inferiores loquentur, & vincant activitatem aliorum, & multipliciter, aut ab albis contrariis essent adjectæ, & hæc est ratio, cur Astrologi in his causis nec semper aberrant, nec semper verum prædicunt, & eo magis difficultas augetur, & periculum errandi, quo magis ad particularia descendunt, quia facilius cognoscuntur causæ universales, quam particulares.

220 Contra 2. latam doctrinam insinuat potest primo, ostendendo nullam cognitionem ex siderum observatione haberi potest effectus sublanarum. Tum quia cœlum est causa universalis, & indeterminata, ergo ex ipso cognitione non habetur cognitio determinati effectus. Tum 2. quia videmus natos in eodem puncto habere diversas inclinationes, complexiones, & ingenia, etiam si eisdem parentibus sint geniti, ut patet de Jacob, & Esau, nec qui in bello eodem moriuntur, aut nastragio, sub eadem constellatione omnes nati sunt. Tum 3. potius ex instanti conceptione lumi deberet præscientia inclinationum, quam ex tempore nativitatis, nam tunc temporis infans est tenerior, & stellæ possunt in utero magis influere, cum agant in visceribus terræ, nec quia conceptionis hora est Astrologis ignota, ob id stellæ suspendunt proprias influentias, ergo ex constellatione nativitatis nihil certum, aut probabile potest colligi. Tum 4. quia etiam Horoscopus, seu punctum nativitatis difficulter haberi potest, potest enim contingere error in horologio, & aliis instrumentis, & modica huius rei variatio maximam interdiverterat. Tum 5. probabilior cognosci potest felicitas, vel infelicitas in negotiando, ergo deberent attendi constellationes illorum omnium, cum quibus negotari occurrerit, non enim constellatio unius influat in alterum, quod scire videtur impossibile.

221 Resp. si hæc argumenta universaliter concluderent, sequeretur non solum illicum, & falsum esse iudicium de rebus liberis, sed etiam de rebus naturalibus, & tamen videmus hæc scientiam multum concedere agriculturæ, nauticæ, & medicæ arti; quare ad 1. dicimus cœlos esse causas universales, quæ quia nullum effectum de solis, & determinatè producant, sed quia habent virtutem quasi illuminatam ad plures effectus, sed cum influunt, determinatè causant, & certos producant effectus iuxta diversitatem applicationis. Ad 2. iam diximus ad temperamentum, & inclinationes multum conferre causas secundas inferiores, ex quarum varietate possunt quoque complexiones variari, potest etiam accidere plures fieri eadem constellatione natos eadem complexionem, & constellationes habere quoad primum, non tamen quoad alium secundum, quia ex libertate voluntatis potest unus contra illum

Maffei, & Belluti. De Cælo, & Orb. Tom. III.